



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi  
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &  
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ  
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Tertium

**González Téllez, Emanuel  
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Capvt III. Alexander III. (a) Atrebateni Episcopo.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74526](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74526)

baras; alias privatas licet immitare, *diit l. Im-*  
*peratores. Nec obstat secundum augmentum, cui*  
*respondendum est, fraude commissa in mensu-*  
*tis, posse agi ad supplementum judicio civili;*  
*non tamen perinde excluditur pena, qua in*  
*uroque foro injungitur utroque jure, civili,*  
*& canonico. Nec obstat ultimum difficultas*  
*augmentum, pro cuius solutione sciendum est,*  
*quod cum olim pro satisfactiōne culparum di-*  
*vera pœnitentia pœnitentibus injungeretur,*  
*iecellarium, & valde conveniens fuit, ut mo-*  
*dus & ratio pœnitentias prescribere*  
*eatur, & ut canones colligerentur de eisdem de-*  
*lictis, sive criminibus, quos posteri Pœnitentia-*  
*lia libri, & canones dixerunt; de quorum*  
*auctoritate agunt Antonius August. *in prefat. ad**  
*ipso, Andreas Sausay in Panop. sacerd. p. 1. lib. 7.*  
*§. 25. Anguianus lib. 2. de legib. controv. 3. Ve-*  
*rūm cū pœnitentia publica, & solennis in usu*  
*esse defūlserit, praxis predicatorum canonum in-*  
*valuit, ut probat Anguianus ubi proximè; unde*  
*licet ex veteri Pœnitentiali stuprā relato, frau-*  
*dantibus pondera, vel menuras jejunium per*  
*20. dies statutum esset, noviori tamen jure arbit-*  
*rii sacerdotii relinquuntur pœnitentia illis injun-*  
*genda.*

## CAPVT III.

Alexander III. (a) *Atrebatenſi Episcopo.*

Cum dilecti filii nostri (b) Beluacenses Canonici contra religiosos viros Abbaem, & Fratres (c) Carliloci proponerent, quod (d) silvam, quæ Nigra Vallis dicitur, à quibusdam corum, ignorante (e) Capitulo x. libris, xz. marchas tunc valenter comparassent, post multas commissiones, tandem easam ipsam venerabili fratri nostro (f) Morinensi Episcopo, & dilecto filio Decano Rhenensi sub certa forma commisimus terminandam, adjacentes in litteris, quod si uterque ejusdem causæ cognitioni interesset nequiret, alter adhibitis sibi viris prudentibus & honestis in eodem negotio procedere non (g) differret. Cum itaque Decanus partes ad suam propter hoc pœnitentiam convocasset, Abbas & monachi non ad agendum, vel respondendum, sed ad quærendum dilationes nuntios destinarunt, afferentes, quod ad nos misserant, & ad audientiam nostram appellarant. Verum quia in litteris appellatio remota fuerat, Decanus in illius causæ cognitione processit. & cum ei per testes Canonicorū Beluacen. constitisset, quod predicti Fratres silvam minus dimidia justi pretiū comparassent, (h) venditionē non tenere, & silvam ipsam Beluacensi adjudicavit Ecclesiæ, & Canonicos in possessionem induxit. Nuntiis igitur utriusque partis in nostra propter hoc pœnitentia constitutis, dum ex parte Canonicorum instanter, & sollicitè sententia peteretur auctoritate Apostolica confirmari, habita deliberatione cum fratribus nostris, & aliis sapientibus viris, qui legibus jurati judicant, eandem sententiam iuri (i) contrariam intelleximus, quia in arbitrio emptoris est, si velit, supplere, aut venditionem rescindere, cum res minus dimidia justi (k) pretiū comparatur. Ea propter sententiam de communi consilio fratum, & predicatorum sapientium irritantes, possessionem monachis judicavimus esse reddendam, salvâ omni quæstione super deceptione pretiū, vel consensu Capituli in venditione non habito, & alia rationabili, quam Canonici contra monachos duxerint proponendam.

## NOTÆ.

(a) *Atrebatenſi.*] Ita etiam legitur in prima collectione sub hoc titul. cap. 4. De Atrebatenſi Germania Ecclesia nonnulla notavi in cap. 13. de arbitriis.

(b) *Beluacensi.*] De Beluacensi urbe, & ejus Ecclesia Cathedrali, egi in cap. 13. de foro compensis.

(c) *Carliloci.*] Quod monasterium est in diec. eis Silvanectensi: alibi dicitur Caroliloci, alias Carliloci, ut jam notavi in cap. ex parte, de re scriptis.

(d) *Silvam.*] Quæsi solet, at in venditione silva ceduz, ob latitudinem ultra dimidiā comparat beneficium legis 2. C. de rescind. In qua questione ita distinguit David Argent. in select. ad diit. l. 2. aut silva cæsa erat, vel non. Primo casu arbores habentur pro rebus mobilibus,

ideo venditio non rescinditur: secundo vero eaſū adhuc arboribus solo coherentibus, quia silva verè res immobilia est, afferit competere predicatorum beneficium.

(e) *Ignorante Capitulo.*] Hæc verba exposui in cap. 1. de his quæ fuit à Pralatis.

(f) *Morinensem.*] De qua Ecclesia egi in cap. 1. de alienat. judicis.

(g) *Non differret.*] Effectum hujus clausule exposui in cap. seq. citatu, de re scriptis.

(h) *Venditionem non tenere.*] Et male, cum venditio ita facta, licet cum talilacione, subsistat & valida sit.

(i) *Iuri contrariam.*] Non expresso juris errore in ipsa sententia, alias nulla esset ipso jure, ex traditione in cap. 1. de re iudic. sed iuti partiis contraria fuit, quo casu etiā iurista, valet sententia, juxta ea quæ adduxi in capite inter ceteras, eodū titulū.

2. (k) *Jus i pretii.*] Uade aliqui docerunt sufficie-  
re emptori , qui rem decem aureis dignam , qua-  
tuor emit, supplere unum aureum , cuius acceptio-  
ne quinque fiant , & ita justum premium solvatur,  
nempe illud usque ad quod permisum est contra-  
hentibus le deciperet : nam si ab initio emptor  
quinque aureos pro re decem digna daret , non  
rescinderetur venditio : igitur eo supplete  
premium usque ad eam quantitatem , venditio susti-  
netur . Verum hæc subtilis sententia refellitur à  
Fornerio lib. 2. select. cap. 19. ex eo, quod justum ,  
& verum premium pro eadem re in eodem titulo ,  
atque argumento à juris conditoribus usurpetur :  
nam cùm in dict. 2. justum , & verum premium  
dixerant Imperatores , mox in 1. 8. eodem titulo ,  
justum simpliciter appellarunt ; & quod alibi ve-  
ra pretii estimatio , verum premium est , l. u. lim. C.  
de litig. l. silius 15. in fine, ff. de judicis. sed si vir 31. 6  
vir uxori, ff. de donat. inter. l. 2. in §. in hac, ff. de vi  
bonor. raptor. l. communi 7. S. inter. ff. communis  
divid. id ipsum alibi justum premium vocatur , l.  
item 10. in fine, ff. communis divid. l. si quis sepul-  
chrum 12. ff. de relig. l. si standus 16. ff. de pignor. l. si  
res 12. ff. de jure dot. l. 1. §. si quis , & §. si rem. ff.  
si quid in fraud. patron. l. 3. §. Divi. ff. de vere fisci.  
Unde in proposita specie , eti quantum aureuna  
addiderit emptor , justum premium non supplevit ,  
sed dimidium tantum faciet ; quare adhuc ad re-  
fessionem agi poterit , alia aburdum esset , ut ac-  
cessione unius aurei venditio sustineretur , qua alia  
rescindenda erat . Nec interest , quod à principio  
cum quinque aureis tantum venditio firma esset ;  
nam cùm jam res pervenisset ad statum , in quo  
agendum erat ad refensionem ex beneficio dictæ  
legis 2. non poterat emptor in fraudem ipsius  
beneficii dimidiari partem pretii tantum supple-  
re , sed aut verum premium dabit , aut refensionem  
patietur .

## COMMENTARIUM.

3. *E*x hoc textu communiter talis deducitur al-  
lertio. *Válida est venditio, in qua venditor enor-  
miter laesio est ; potest tamen venditor agere ad re-  
fessionem contractus , vel ad pretii supplementum.*  
Probat eam textus in cap. cùm causa , hoc tit. l. 2.  
l. si voluntate 8. l. ad rescindendam, l. dolus, C. de re-  
scind. vendit. l. titul. II. lib. 5. recop. Illustrant  
ultra congestos in præsenti à Barbosa & Garanna,  
Carissimis ad hunc textum , Fornerius lib. 2. select.  
cap. 19. Rodulphus ejus filius lib. 3. rerum quo-  
tid. cap. 20. Matienzo & Azevedo in dict. 1.  
Recopil. Arnoldus Vinnius lib. 1. select. cap. pe-  
nit. & alkum. Mancinus de tripli juri collat.  
cap. 93. & genial. cap. 12. 9. & 130. cum sequent.  
Antonius de Burgos in repetit. ad hunc textum ,  
Rodericus Suarez in l. 1. tit. de las arrhas, fol. 273.  
Petrus Barbosa in l. 1. p. 5. ff. solut. marrim. No-  
gueroll. alleg. 18. Boëtius Epon. in cap. cùm olim,  
num. 144. de rerum permut. Ferro Manrique de  
different. usriuque fori, quæst. 57. Valascus consult.  
43. Cuacius in l. 2. C. de iur. & ad titul. C. de  
rescind. David Argent. in select. addict. l. 2. Bron-  
chorst cent. 1. assert. 70. Larrea alleg. 82. & 99.  
& decis. 68. & 69. Gramat. Forcatulus in necro-  
mant. dial. 100. Leotardus de iuris quæst. 40. Cu-  
acius lib. 16. obsero. cap. 18. & lib. 23. cap. 32.  
Fachineus lib. 2. controv. cap. 16. Antonius Faber  
decad. 8. error. 7. Schifordeg. lib. 13. ad Fabrum,

tract. 13. quæst. 5. Merillus lib. 2. variar. ex Cujas  
cio cap. 5. Gentilis de estimat. rerum , pag. 38.  
Philippus Matthæus in l. 68. num. 34. ff. de reg.  
jur. Hunnius ad Treutl. volum. 2. disp. 2. quæst. 38.  
& in encyclop. p. 3. tit. 17. Gibalinus tom. 2. de negot.  
lib. 4. cap. 6. art. 3. Delbene de parlament. cap. 2. di-  
bit. 3. sicut. 3. cum sequent. Befoldus in delibat.  
juris ad lib. 18. Pandeit. quæst. 10. Christineus  
tom. 1. decis. 14.4.

Sed pro dubitandi ratione in præsentem affir-  
mationem ita illustratam sic insurgo : In pretio rei <sup>4.</sup> impugna-  
vendenda naturaliter licet contrahentibus ad in-  
surpren-  
tum se decipere , dummodo absit dolus ma-  
fferno. l. in causa 16. §. idem 4. ff. de minor. l. item si  
pretio 22. §. ultim. ff. locati , Faber in jurisprud.  
tit. 2. princ. 2. Marinis alleg. 50. Bronchorst. cent. 1.  
assert. 52. Ferrara in l. 2. 4. dereg. jur. Morla in  
tempo tit. 9. quæst. 8. Amaya in l. 3. C. de cond. in  
pub. horreis, Fornerius lib. 6. re. quotid. cap. 20.  
Vultejus in princip. inst. de temp. & vend. Faber  
lib. 8. conject. cap. 5. Covat. lib. 2. variar. cap. 3.  
Leotardus de iuris quæst. 40. Gutherus lib. 1. de  
offic. domus , cap. 29. Merenda lib. 1. controv. 33.  
Drekerus lib. 1. assert. 2. Unde prætextu minoris  
penfis locationem rescindi non posse do-  
cetur in l. & ideo 23. ff. locati ; sicut nec pretii  
vilioris obtinetur fit irrita venditio , quantumvis  
venditor , aut quam accepit pecunie sumam ,  
aut majorem etiam emptori restituere paratus sit ,  
l. 4. l. nou est 6. cum sequent. C. de rescind. ven-  
dit. l. 1. & 4. C. Theod. de contrah. nupt. &  
vice versa majoris pretii prætextu non licet ab  
exemptione discedere . Plautus in Moestel. act. 3.  
scen. 3.

---- Si male empte

Essent nobis , has haud redhibere licet .  
Seneca controv. 26. ibi : Quia non possum dominum  
habere , nisi hic emero , nulla alia venalus est , hanc  
occasione vidit venditor , & premis . Non tamen  
hanc exemptionem rescindet , immò potius stulti-  
tia , vel facilitati sua debet adscribere , qui im-  
menso pretio rem viliorē emit , aut ē contrā , l.  
aliens 61. ff. ad legem Falcidiam , Plinius lib. 1.  
epistol. ult. Mala , inquit , emptio semper ingratia  
est , eo maxime , quod exprobarē stultitiam domino  
videtur . Igitur prætextu laetios etiam ultra di-  
midium iusti pretii venditio rescindi non potest .  
Augetur hæc difficultas ex eo , nam aut venditor  
sciebat verum rei venditæ pretium , vel ignor-  
bat ; emptor vero sciebat justum rei valorem ;  
neutro casu potest agi ad refensionem : ergo .  
Probatur antecedens quo ad priorem pattem . Pri-  
mò , quia nemo lädi , aut affici damno intelligi-  
tur , qui seit & consentit , l. nemo 145. ff. dereg.  
jur. l. venditor II. C. de rescind. vendit. l. si minor  
9. C. de act. empti : & quia videtur donationis  
causā minori pretio vendidisse ; nam ubi errore  
interveniente daretur repetitio , ibi eo quid con-  
sultò , & à sciente fit , donari intelligitur , l. cujus  
53. ff. dereg. jur. l. si quis 38. ff. de contrah. empti.  
l. cum donationis 34. C. de transact. & quia qui  
scit , & vult , similis est ei , qui jus , & actiones  
suis remittit , l. t. in fine , ff. de action. empti . Fa-  
cit textus in l. 1. C. si major factus , ubi dissentit ei  
demum , qui inconsultò , & errore lapsus est , in hac  
laetione succurrentum , ad consultationem Li-  
cinia rescribit Imperator Gordianus . Secunda  
pars propositionis constat ; nam emptor sciens  
justum rei valorem , & viliorē simulans , do-

**Tit. XVII. de Emptione & Vendit.**

309

lum committit ; siquidem enormis laesio dolus est , l. si quis cum , vers. idem juris , ff. de verb. obi. l. si superflite , vers. similiter , ff. de dolo . Sed venditio cum dolo celebrata ipso jure nulla est , l. & eleganter 7. ff. de dolo , l. 3. & final. ff. pro seco . Igitur neutrō casu agi potest ad rescis- sionem.

Quia difficultate non obstante defendenda est praelens assertio , pro cuius expositione sciendum est , pretium duplex esse , aliud naturale , aliud legale . Scaccia de commercio §. 1. quest. 7. amplia- 10. num. 56. Gibalnus de iur. lib. 4. cap. 6. art. 16. & tom. 2. de negot. lib. 4. cap. 4. art. 3. Natu- rale dicitur illud , quod qualibet res à natura ha- bet absque destinatione , aut taxatione aliquius personæ : legale vero est , quod auctoritate Princi- cipis , vel legimi iuperioris rebus assignatum est : docent cum D. Thoma 2. 2. quest. 77. artic. 1. Theologib; & cum Aristotele lib. 5. Et hic cap. 7. eius expositores . Sotus de justitia lib. 6. quest. 2. art. 3. Lessius ead. tract. lib. 2. cap. 21. dubu. 2. Grotius de jure bell. lib. 2. cap. 12. & 14. Circa prenum naturale tres dantur gradus , quia non consistit in puncto indivisibili , infimus , medius , & supremus , quia juxta circumstantias loci , tempori- ti , & occasionis augeri , diminuque valet . Covar. lib. 2. variar. cap. 12. nudo probatio veri , seu iusti- ptem d' fiscalis est ; quatenus tamen illa concludere debat , prosequitur Noguerol alleg. 18. ex num. 16. In pretio legali non dantur diversi gra- dus , quia consistit in puncto indivisibili , Lar- rea alleg. 99. quod necessariò servandum est , ita ut sit majori pretio etiam levi vendatur , pecca- tum committatur ; unde nec tunc licet contrahen- tibus invicem se decipere , nec si laesio contingat infra dimidiā , cessat constitutio ; immo neces- sariò facienda est , docent plures congettū ab Her- monfiliand l. 3. tit. 5. p. 5. glos. 4. num. 3. Salas de emption. dub. 6. Sanchez lib. 1. summa , cap. 7. dub. 4. Ferro Manrique ubi proximè . Illud ram- men summè tenendum est , preria terum non ex affectione particulari , sed ex publica affectione estimanda esse , l. p. cetera 63 ff. ad leg. Falcid. l. si servum 33. ff. ad leg. Aquil. & illud protritum est . Res tantum valet , quantum vendi communiter solet , l. 1. §. 3. bares , ff. ad Trebel . Tunc autem docetur laesioem ultra dimidiā iusti pretii dari , cum res , cuius verum pretium aestimatur quindecim annos , venditur tantum septem : quo exem- ple uitar lex 16. tit. 11. lib. 5. Recopil. ubi Matienzo & Azenedo , Antonius Gomez lib. 2. variar. cap. 3. num. 22. Molina in tempor. iu. 9. quest. 10. & estimatio hec facienda est attento tempore initii contractus , quod decisum est in cap. cùm causam , hoc istulo , l. si voluntate 8. C. de rescind. l. 3. §. Divi, ff. de iure fiscis ; & merito cùm reseffio concéda- tur prætextu letonis tunc temporis contingentis , Molina de justitia disputat. 349. vers. Pretium , Ma- tienzo ubi supra , glos. 4. num. 1.

Secundò sciendum est , remedium ab Alexan- dro III. in praesenti relatum , inventum esse ab Imperatoribus Diocletiano , & Maximiano in dicta l. 2. C. de rescind. vendit. ut constat ex illis verbis : Humanum est , &c. quæ jus novum præ- fereunt , ut probat Faber de error. decad. 7. error. 7. num. 12. contra Cujacium tract. 8. ad Afric. in l. si duos , ff. de evict. Idem suadetur ex dict. l. si voluntate 8. & ex generalitate textus in l. in causa 16. §. idem , ff. de minor. & l. item 22. §.

ultim. ff. locati : deducitur olim non viguisse re- scissionem emptionis ob laesioem ultra dimi- diam ; siquidem ibi expresse docetur , licet con- trahentibus in pretio emptionis naturaliter se de- cipere . Facite etiam , quia non reperitur vestigium hujus remedii : immo contrarium factis dñe- minatur in nonnullis juris locis . Primum in l. à Divo Pao 15. §. si pignora , ff. de dere judic. ubi do- cetur , dat. locationem in solutum , que emptionis instar habetur . l. si præsum , C. de evict. prætextu laesio- vis non rescindit . Secundò ex l. & ideo 23. ff. lo- cai , ubi docetur , prætextu iniqua laesio in pre- tio , si dolus absit , locationem non rescindi . Ex quibus , & aliis docuerunt in dict. l. 2. Pinel. 1. p. cap. 1. num. 3. Donellus num. 10. Leontardus de iur. quest. 40. adeo perfectum jure veteri extivis contractum emptionis , & ven- ditiois , ut quamvis maxima laesio intervenisset , si dolus malus abesset , nullo modo ad rescissio- nem agi posset . Nec contrarium deducitur ex l. 1. ff. de iure fiscis , vers. majoru preti ; nam ibi propo- nitur calus specialis , cum laesio intercessit in ven- ditioi rei fiscalis ; quia tune fisco succurritur , ut etiam minori decepto in vero pretio , in l. nam poſtequam , §. si minor , ff. de iure jur. & mulieri circumventæ in estimatione prædi dotalis , in l. si res 5. ff. de iure doi , ex speciali æquitate , quam considerat Antonius Faber de erroribus decad. 6. error. 8. prosequitur Lalius Mancinus sacri juris controv. dñs. 6. cap. 1. non tamen remedium hoc competit contra tertium possessorum , ut resolvit Christineus tom. 1. decif. 164.

Remedium hoc dicta legis 2. cùm pertineat generaliter ad omnem emptionem , queri solet , De diversis an competat etiam in venditione , quæ sit sub venditioni- hasta , ex judicis auctoritate , & decreto , serva- tis actionum publicarum formulis ; & an talis adiunctio facta vili pretio infra dimidiā iusti pretii , rescindatur ex hac legge 2. Et talem venditionem rescindit docuerunt Patofitanus , Im- mola , & alii in cap. cùm causa , hoc titulo ; pro quibus expendi possunt textus in l. si quos 16. C. de rescind. vendit. ubi restituitur debitor ad pro- prias possessiones viliori pretio sub hasta fiscalis di- stractas , l. 2. C. si proper public. pensit. ubi docetur , prædicta distracta debere sincera fide , justo- que pretio , l. 3. C. de iure fiscis , l. 2. C. de fide & jure hasta , lib. 10. ubi ob injustum , & vilius pre- titum talis venditio reprehenditur . Sed contra- rum , immo in venditione sub hasta facta non habere locum beneficium dictæ legis , probarunt Bartol. & Baldus in l. 1. per texum ibi , C. de prædictis Decur. proper auctoritatem judiciorum , quos sequitur David Argent. in eodem textu ; qui eam sententiam protrahit ad prædicta minorum , etiam sub hasta distracta . Nec contrarium probatur in dict. l. si quos , & similibus ; nam spe- ciale jus ibi statuit odio hasta fiscalis interpo- sitæ ob publicas penitentes , ac odio venditionis factæ per exactores tributorum , ut ex ipsis juribus facile liquet ; hodie tamen in praxi contrarium observari in quacunque venditione sub hasta facta docuerunt plures , quos sequitur Barbola in dict. l. 2. num. 9. Secundò queri solet , an remedium dictæ legis 2. locum habeat in aliis actionibus , quæ emptioni & venditioni similes sint ? Et locum habere ex identitate ratio- nis resolvunt David Argent. & Molina ubi su- præ . Er primò locum habet dicta lex 2. in da- tione

tionē in solutum, quæ emptionis vicem habet, l. si pradium 4. C. de evit. docent Immola in dict. cap. cū causa, Facheius lib. 2. contrav. cap. 21. quod procedit in voluntaria datione in solutum, secus verō in necessiteria, que fit ex remedio legis à Divo Pio 15. §. si figura, ff. de re iudic. nam cū eo casu estimatio fiat publicē, auctoritatē judicis, aut hēm. nī debitor, C. de solut. l. 6. tit. 11. lib. 5. recipit; idem de ea resolvendū est, ac de venditione facta sub hasta. Matienzo in d. l. 6. glōf. 2. Secundū remedium dicit legi 2. locum habet in contractu locationis: tum quia emptioni similis est, & eisdem ferē regulis regitur, l. 2. ff. locati, princip. Inst. eod. tit. 11. lib. 5. recipit; quare ita docuerunt, alii relativi in dict. l. 2. Pinel. 1. p. cap. 3. num. 17. Padilla num. 13. Donell. num. 55. Matienzo in dict. l. 1. glōf. 6. num. 4. Gutiérrez lib. 2. practic. quæst. 15. Morla dict. tit. 9. quæst. 19. num. 7. Molina dict. disput. 249. licet contrarium immeritò defendant Antonius Faber de error. decad. 8. errore 8. Tertiū admittitur hoc beneficium rescissionis in permutatione: tum quia permutatione emptionis vicem obtinet, l. 2. C. de rerum permūt. l. scindendum 15. §. deinde, ff. de adūt. edict. tum quia eadē aequitatis ratio militat in lassione ultra dimidiam interveniente in permutatione; quare ita docuerunt in dict. l. 2. Padilla, & Pinel. 1. part. cap. 3. Gutierrez dicto lib. 2. practic. quæst. 39. etiā contrarium defendant Faber dicta decad. 8. errore 9. quod procedit in permutatione rerum, quæ estimationem recipiunt: at verō in permutatione beneficiorum ratione cujuslibet deceptionis ad rescissionem agi non potest, cū non facilē in eis detur estimatio, & beneficium potius possideatur virtute institutionis canonice à Prelato, coram quo permutatio celebrata fuit, facta, quam à contrahente; unde ita docuerunt Boetius Epon. in cap. cū oīm, num. 104. Morla dict. quæst. 9. num. 4. etiā contrarium teneat Pinel. dict. 1. p. cap. 3. num. 18. Facheius lib. 2. contrav. cap. 22. Quartū procedit beneficium dicit legi 2. in contractu divisionis, l. 3. C. commun. utriusque jud. quia emptionis vicem habet, l. 1. C. eod. titul. resolvunt Pinelius in dict. l. 2. p. 2. cap. 1. num. 1. Matienzo in dict. l. 1. glōf. 8. num. 3. Faber de error. decad. 8. errore 1. § 2. Circa transactionem, cū quis laetus est supra dimidiam partem quantitatis, quæ ex postfacto apparuit, an rescindatur, ancepit dubium est apud Juris Interpretes, ut videre est ex consensib. Arnolfo Vinnio lib. 1. select. cap. 57. per totum, Mancino centur. 1. genial. cap. 121. Bronchorst. enantiopb. cent. 2. affert. 8. Valeron. de transact. tit. 6. quæst. 2. per totam, qui sum numeris auctoribus pro utraque sententia adductis, nec non & juris fundamentis pro utraque perpenitis, resolvit prætextu enormis lassonis transactionem rescindi non posse, prætextu verō enormissimæ lassonis, ad rescissionem transactionis agi posse. Illud tamen in praxi observandum est, quod quotiescumque impugnatur transactio, ante omnia debet restituī quod ratione transactionis acceptum est, Beltraminus Olivierius decif. 354. num. 17.

7.  
An remedium hoc competat venditori.

Non levioris hesitationis est, utrum beneficium hoc legis 2. C. de rescind. competat non solum venditori, verum etiam emptori. Et æqualiter utique competit tenetur Glossa in dict. l. 2. ubi Bartolus, Baldus, Salicetus, & Alberti-

cus, Pinellus ibi, p. 1. cap. 2. num. 1. Padilla num. 12. § 43. Morla in empor. titul. 9. rubric. num. 86. Menchaca illuſtr. controv. lib. 2. cap. 16. Bronchorst. miscell. centur. 1. affert. 70. Robertus lib. 1. animad. cap. 13. Cujacius in l. in causa 16. §. idem, & in nos ad dict. l. 2. que etiam fuit sententia Harmenopuli in prompt. tit. 8. lib. 5. §. 44. pro quibus facit, quod in contractu emptoris sunt mutua præstaciones, l. in empionibus 43. ff. de pactis, l. ex empio 1. §. 2. ff. de action. empti. l. 1. ff. derer. permūt. arque idē par ratio emptoris, ac venditoris esse debet. Accedit, quia cum contractus his sit bona fidei, inæqualitatem pati non debet, l. 3. C. communia utriusque jud. at inæqualitas magna daretur, si remedium hoc emptori non concederetur, præcipue cū non minus venditor sagaci astutia minorem circumvenire posset, ut ait Arnolphus Lexoviensis epist. 36. Igitur æqualiter remedium hoc ad emptorem non possumi, qui inconfutè dimidio pluri rem emit, quam valēt, tenuerunt Cujacius lib. 16. obser. 1. 18. & lib. 23. c. 32. & sub nomine Mercat. lib. 2. c. 13. Faber de error. decad. 8. errore 7. David Argent, in dict. l. 2. & Meril, variant ex Cajacio lib. 2. cap. 5. qui moventur sequentibus juris fundamentis. Primo, quia in dict. l. 2. solum agitur de venditore: igitur cūm beneficium illud introductum sit contra juris principium, de quo in dict. l. in causa 16. §. 1. extendi non debet ad emptorem, ex regula legis in singulare, ff. delegibus. Secundū quia in Novella Romani Senioris, in præfenti textu, & cap. sequenti, ubi agitur de remedio hoc, tantum venditori competere affirmatur: igitur non æqualiter emptori competit. Tertiū nam Imperatores in dict. l. 2. beneficium hoc humanitatis ratione concedere affirmant: sed hæc humanitatis ratio militat in venditore tantum, qui plerunque ad rerum suarum distractionem compellitur, præmentibus rei familiaris angustiis, l. in causa 36. ff. mandati, §. 1. l. non idcirco 12. l. si quis 16. C. de rescind. Cafforius lib. 5. var. ibi: Grande commodum est cūm indigentibus pacisci, quando famæ solet cūm contemnere, ut necessitatem suam possit expellere. Eo ferē sensu Valentianus in Nov. de parentibus, qui filios dist. ait: Nobile est, ad quod non desperatio salutis impellat; nibil turpe, nihil veritum credit esurias. Sola cura est, ut qualicunque sorte vivatur. Non autem militat in emptore, qui non coactus, sed ultroneus est ad emptionem accedere tolet, l. cūm postulasset 44. ff. de damno infecto; unde ajebat Libanus declamat. 8. Felix, qui potest emere; infelix qui cogitare vendere: obseruat Meril. lib. 6. obser. cap. 16. Nec hac sententia tentat obstant prioris opinionis rationes; nam licet contractus venditionis, emptionis sit reciprocus, tamen præstaciones diversæ sunt: venditor non tenetur facere emptoris rem; emptor numeros tenetur facere venditoris, l. 11. §. 2. ff. de act. empt. Similiter beneficium dicta legis competit venditori, non verō emptori; in praxi tamen verius est, remedium hoc competere emptori, ut ex pluribus resolvit Bartolus in dict. l. 2. num. 3.

His animadversis appareat vera ratio præsentis decisionis; nam cūm ad essentiam emptionis, & traditio ut vendito rata sit, tantum desiderentur confusores, & pretium, quibus contractus perficiatur, §. 1. Inst. de empion. & vendit. inde prætextu lassonis etiam immodiæ venditio non rescindit.

relinquuntur, qui quodcumque est, C. de rescind. l. & ideo 23. ff. licet; ideoque venditio facta etiam vili pretio, valit, lib. 5. *Capitul. Caroli*, cap. 10. ibi: *Placuit in venditione hanc formam servari, ut sen res, sen mancipia, vel quodlibet genus animalium venundari, nemo proferat venditionis firmatatem irrumpan, quod dicitur vili preto vendidisse.* Quod accipendum est ex dict. l. quisquis, de eo, qui minoris quidem, quam fungitur, rem vendidit; non tamen minoris quam est dimidia pars iusti pretii. Poet tamen vendor laesio interveniente ultra dimidiata agere ad rescissionem contractus, vel prius supplementum, quod magra aequitate in iudicium est, ut vendoribus deceptis hoc remedium subveniat, cum generaliter ea, quae iniquiter facta sunt, debant in melius reformati, impetrabis 3. C. communia utriusque; & quod sequenti convinit, magnopere a juris conditoribus attendatur, l. quod si *Ephesi* ff. de eo quod certo, loquuntur, 8. C. de jure, cap. final. de transact. magnâ eigo equitate ducti Imperatores in dict. l. 2. hoc beneficio consulerunt vendori, quem non in contulitus calor adigit ad vendendum, sed penuria

Necobstat dubitandi ratio suprà adducta, licet enim in quolibet negotio bona fides desideretur, l. bon. 31. ta princip. ff. depositi, l. 9. C. de oblig. Gal. action. neque etiam perfecto contractu habeat alium decipere, quonodo accipiendi sunt textus in l. penult. C. de pâlis, ibi: *Sanciunemini licere adversus pâlta sua venire, & contrahentia decipere,* l. sed l. 11. §. item si pâros, fidei deficiunt, ibi: *Negocium decipere debent contra benta,* l. 1. magister, de exercit. tamen in ipso actu contrahendit naturaliter cuique permittitur alium decipere, dict. l. in causa 16. quod variis modis explicant interpres, Hortensius de priv. hon. in princip. num. 11. at verbum naturaliter, in praesenti referri ad ipsam naturam contractus, non ut importet ex natura contractus esse, ut alter alterum circumveniat in pretio, sed importet circumventionem, ac pretii laesioinem, illas contractus natura, permittant esse; non enim natura contractus, id est, substantia illius, violatur proprie, quod alter alterum in pretio circumveniat; unde laesio intra dimidiata, vel ultra, delege per se intelligi debet, cujas permissione fieri dicuntur, quia illa non violatur contractus natura. Et eodem sermmodo accipit verbum naturaliter, P. Franciscus Valens in concordia juris, 2. p. scđt. 4. fol. 218. Alter Petrus Barbola in rubric. ff. foliis. macrino. 4. p. num. 27. qui alterum verbum naturaliter, non inrelligi de natura, que secundum rationem est; sed de illa qua est sensualitate provenit; quasi diceret. Conclusus, naturalis inclinationis esse, ut se invicem contrahentes in pretio decipient, juxta illud quod Mimus quidam ajebat, ut referit D. Augustinus lib. 3. de Trinitate, cap. 3. *Communione moralium desideriorum vili emere, & magno vendere.* Quod & probat lex si voluntate, C. de rescindend. & Rex Salomon in Proverbii ajebat: *Malum est omnis emptor, & cum recesserit, gloriarat.* Sed disdiscit haec interpretatione ex eo, quia verbum concessum quo Jureconfutus uitetur in dict. l. si de prebro, §. finali, non propriâ predicatione de eo, quod quisquam a se habet, & à natura ipsa illi inest, prout est naturalis instinctus, seu sensualis natura. Quare his, & aliis sententiis omisiss adductis à Pinello in dicta l. 2.

Matienzo in dict. l. 1. *Recopil. dicendum est, verum esse quæstus proprii causâ alium decipere licere naturaliter, id est, jure gentium, quo commercia primùm instituta sunt, l. & hoc iure 5. ff. de just. & iure.* Facit Justinianus novella 97. in contractibus enim incundi, eo voto quisque dicitur, ut compendium suum augear, etiam cum alieno dispendio, l. si voluntate, C. de rescind. vendit. Tullius lib. 3. de officio. Plautus in Persa act. 4. scena 4.

*Vin' te bencemere? Do. Vin' tu palebrè vendere?*

To. Ego scio utrumque velle.

Hinc Aristotel. lib. 5. Ethic. cap. 4. lucri, damnaque nomina proficiet tradit ab his negotiis, quæ mutuâ partium voluntate contrahentur; votum enim hoc contrahentium, ut lucrum lecentur, damnum autem averterent effici ut in contrahendo prælertim utilitati lue studeant, l. actionum 25. §. 1. ff. de obl. & act. docuerunt Wisembach. disput. de iustitia, num. 19. Gibalinus de negot. tom. 2. lib. 4. cap. 4. articulo 3. Fornerius lib. 6. rerum quodlib. cap. 20. Verum hec ita locum habent, si laesio sit mediocris, dict. l. si voluntate, l. quisquis 15. C. de rescind. l. res 54 ff. de contrah. emption. fecus si sit immo- dica, hoc est dimidia pars iusti pretii metas excedat; tunc enim sequitur vim est laesio succurriri, quia eti nullus adversarii dolus intervenisset, propè tamen res ipsa in le dolum habere videtur, argumento legis si quis cum 36 ff. de verb. obli. unde etiam intra dimidiata pretii partem non admitti laesioem quoad forum interium, nonnullum est & probat pluribus relatis Ferro Manrique de different. utrumque fori, quest. 17. Araujo de statu civitate disput. 1. quest. 2. Necobstat pri- mun argumentum difficultatis, pro cuius solu- tione sciendum est, valde controversum esse, an remedium dictæ legis competat venditori scienti valorem rei vendite? Et hoc remedium illi scienti competere tenuerunt Pinellas in dict. l. 2. p. 1. cap. 1. num. 10. Albericus in ead. lege, num. 12. Fachineus lib. 2. controv. cap. 20. Moventur, quia dum hoc remedium statuitur, non distinguitur, an sciverit, an ignoraverit venditor preium rei sua; sed cum lex non distinguit, nec nos distingui debere vulgo traditum est; ergo. Secundo quia hac distinctione admisit facie eludetur beneficium dictæ legis 2. siquidem raro admodum locum haberet, quoniam vendor nolle præsumitur preium, & merita rei lue, dict. l. quisque 15. Tertiò, quia beneficium ipsius legis non fundatur in dolo, vel errore, sed in nimia inæqualitate, quæ utique societatem vitiat absque discrimine scientiæ, vel ignorantia, l. si non fuerit 29 ff. pro socio, §. ult. Sed adhuc contraria tentativa placet, videlicet beneficium dictæ legis 2. denegari venditori non ignorantem valorem, seu preium rei sua; nam nemo laedi, aut injuriâ affici intelligitur, qui seit & consentit, l. nemo 145. ff. de reg. jur. l. vendor 11. C. de rescind. l. si minor 9. C. de act. empti: immò donationis causâ vendidisse creditur, ut suprà probavi. Quare hanc tentationem tenerunt pluribus relatis Cancerinas lib. 1. variar. cap. 13. num. 32. Castillo lib. 4. controv. cap. 52. num. 41. Barbola in dict. l. 2. C. de rescind. num. 31. Arnoldus Vinnius lib. 1. scđt. cap. 56. per totum. Nec interest quod in dict. l. 2. non distinguitur inter venditorem scientem,

scientem, & ignorantem; nam præterquam quod hæc distinctio expressa reperitur in dict. l. 1. C. si major factus, latis deducitur ex dict. l. 2. quoniā nemo sciens, & volens laedi videtur, etiam in venditione, l. ea que 43 ff. de contrah. emption, unde cum iniquitas læsioni cauam dedidit, dict. l. 2. ex cessante, cessat & beneficium illud. Similiter, et si dicta lex 2, non fundetur in dolo, vel errore, fundatur tamen in injurya, seu iniquitate, quæ nulla est adversus scientem, & consentientem, dict. l. nemo 145. Quid tamen procedat in foro conscientia, prosequitur Barbosa in dict. l. 2. ex num. 118. Nec obstat alia pars ipsius argumenti. Nam respondet verum esse, dolum emptionem ipso jure vitare, dicta l. & eleganter, cum similibus, quando dolus ipse dedit cauam contractui emptionis, ut in aliis contractibus bonæ fidei procedit, quos dolus dans causam eis nullos reddit; non item si incidenter in contractibus, ut est communis sententia,

quam tenent Morla in empor. tit. 9. in prefatione, a num. 92. Cevallos lib. i. quæst. 226. Accedit quia dolus ex calliditate alterius ex contrahentibus probatur, non verò ex quantitate pretii, l. datus, dict. l. si voluntate, C. de rescind. l. dolum, C. de dolo. Nec tunc obstat textus in dict. l. si superflue, C. de dolo, quem variè exponunt relati à Pinnello in dict. l. 1. p. 2. cap. 4. num. 22. Merenda lib. 6. controlo. cap. 21. Schifordeg. lib. 2. ad Fabrum, quæst. 5. tract. 2. vera tamen interpretatione sit, in specie illius textus dolum non argu, nec probari ex læsione immo dicia in quantitate, sed ex eo quod pater administravit uxoris defunctæ bona, cui filia succedit, ejusque curam similiiter gestit, & cum ea transfigeret liberationem sibi paravit: unde immo dicia læsio contingit, & deducitur eum in dolo versari. Et licet propter reverentiam parentibus debitam actio de dolo in patrem non detur, tamen ita factum actio recte conceditur.

## CAPVT IV.

## (a) Cœlestinus III.

**P**Ervenit ad nos sex insinuatione tua, quod olim Petrus miles A. uxori suæ quamdam domum in donationem propter nuptias assignatam, muliere ipsa expressim dante consensum, B. mulieri pro certa vendidit pecunia quantitate, quam ex aedem venditione B. matrimonio supradicto constante xxx, annis liberè pacificeque possedit. Sed prænominato milite iter universæ carnis ingresso, relata ejus contra venditionem de suo consensu solemniter celebratam venire præsumit, allegans dictam domum titulo donationis propter nuptias sibi concessam alienari non posse, licet ejus consensus noscatur ipsi contra eum accessisse. Præfata verò B. mulier ex coniunctur scueri, quod bona fide, tituloque justè possedit; & quia in communes usus viri, & uxoris illius pretium est conversum; & quia etiam factæ venditionis tempore, unde sibi utiliter consulere potuerit, in viri facultatibus consistebat. Unde quia super his r. os consulere curasti, tu sollicitudini respondemus, prædictam emptricem, si vera sunt, quæ præmissimus, domum ipsam debere pacificè possidere; nec enim credimus, illam præscriptis occasionibus super ipsa domo debere ulterius fatigari.

## N O T A E.

(a) **C**œlestinus. Ita etiam legitut in secunda collatione, sub hoc titulo, cap. 2. cui tamen rescribit Pontifex, nullibi exprimitur, nec sine magno præjudicio; siquidem plurimi interest, an præsens questio de donatione propter nuptias discepatur coram judice ecclesiastico, aut quia lis agebatur inter personas Romanas. Sedi subjectas, tam in spiritualibus, quam in temporalibus; aut quia incidenter cum causa matrimonii questione hæc disceptabatur, ut in cap. de prudentia, cum similibus de donat. aut tandem, quia vidua, aut miserabilis persona actionem suam propositum coram judice ecclesiastico, juxta adducta in capite ex parte, de donat. inter.

## COMMENTARIUM.

**E**x præsenti decretali sequenti communiter traditur & Conclusio probatur. Ex præsenti decretali sequenti communiter traditur & Conclusio probatur. Res donata propter nuptias, si alteretur a marito, consentiente uxore, dum alia bona ipso obrinet, præcipue post transcursum temporis, ab uxore repeti non potest. Que conclusio probari potest ex novella 61. cap. 1. ex qua tran-

scriptis Irnerius authenticam fave à me, C. ad Velejanum. Illustrant ultra congettos à Barbosa, & Garanna in præsenti, Acolta de privileg. credi, reg. 2. ampliat. 6. num. 223. Cujacius in præsenti, Richerius in dicta authenticâ fave à me, Ritterius in dict. novell. 61.

Sed hec afferio difficilis redditur sequenti juris consideratione; nam sicut dos reddit ad virum propter servandam aequalitatem, Novell. 97. cap. 1. & 2. authent. dos data, C. de donat. ante mpt. cap. final. de donat. inter: igitur solato matrimonio per mortem in præsenti specie non poterat vidua agere propriæ rem donatam propriæ nuptias. Augetur prius haec dubitandi ratio ex eo, nam quoad donationem propriæ nuptias dominum, et donata remanet penes virum donatorem, l. ubi abhuc, C. de iure donat. & notatus in auctoritate dos data, C. de donat. ante mpt. Novell. de non eligendis secundò numeris, §. illud quoque: sed dominus virtute dominii habet facultatem alienandi rem propriam: igitur maritus validè & recte potest alienare rem propter nuptias uxori donatam. Augetur deinde difficultas ex eo, nam consensus simplex uxoris in præsenti non sufficiebat, ut videtur habere ipsa alienatio; siquidem